Historia partus nanae, versionis negotio a foetu vivo feliciter liberatae. In concessu artis obstetriciae amantium praelecta d. 18. Febr. 1797 / a F.B. Osiander.

### **Contributors**

Osiander, Friedrich Benjamin, 1759-1822.

## **Publication/Creation**

Gottingae: Typis Rosenbuschii, 1797.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/cbx7pz67


#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



41962/P

in der Hacue



## HISTORIA

# PARTVŠ NANAE,

VERSIONIS NEGOTIO

## A FOETV VIVO

FELICITER LIBERATAE.

IN

CONSESSV ARTIS OBSTETRICIAE AMANTIVM
PRAELECTA


D. 18. FEBR. 1797

A

## F. B. OSIANDER

MED. DR. SCIENT. MED. ET OBST. PROFESSORE ORD. SOCIETATIS ART. OBST. AMANT. PRAESIDE &c.

GOTTINGAE
TYPIS ROSENBUSCHII



"Membra per angustam nescit producere partus,
Matre dolente, viam; slexos obliquior artus
Objicit, obvertit — liventia brachia pubi.

— Deus at nascentibus assidet ipse,
Divinoque juvat perituros numine soetus."

ARTYS NANAE,

HERENSTREIT.



Ana innupta, annum agens septimum et vigesimum, quadraginta novem pollices Parisienses vix alta, sana, carnosa, obesa, subsusca, exceptis ossibus semoris curvis et pelvi nimium inclinata, caeterum recete formata, anno aetatis decimo octavo prima vice et ab eo tempore quovis mense per quinque dies rite menstruata medio anni praeteriti Junio in utero concepit. Post

the state of the manthem mann it was no

Marie and of buthern singlifer on this

come former arounds the state of the free form

December of the Recardy, of in Nequille breath

Air months recolumns simple

THEFT

conceptionem menstruus sluxus emansit, primisque graviditatis mensibus saepius nausea oborta est.

Initio mensis Novembris prima vice motum foetus gravida sensit, et lac serosum e mammis identidem essluxit. Sub initium Decemb. a me rogavit, ut in Xenodochium obstetricium reciperetur.

Solita exploratione instituta praeter jam memoratas rationes in diarium Xenodochii insertae sunt sequentes: "Mammae rotundae, magnae, graves, obesae, areae suscae, papillae ejusdem coloris prominentes, globossae. Venter valde expansus, usque ad scrobiculum cordis fere altus, umbilici sossam amist. Genitalia externa prominentia, re-

trorsum versa; Orificium uteri externum altum, rotundum, glabrum, non cicatricatum, clausum; Cervix uteri nondum consumta; In fundo vaginae de foetu nil praesens sentiri, neque etiam ossis sacri promontorium, duobus digitis in vaginam immissis,
stante gravida facile tangi potest."

Die sexta Februarii 1797 in Xenodochium obstetricium recepta mulier et tertia die ob inclinationem et coarctationem pelvis nimiam praesentibus scientiae obstetriciae auditoribus studiose explorata est.

Inclinatio superioris aperturae pelvis versus horizontem cliseometro a me invento tentata 70 gradus complevit. In situ pelvis naturali idem instrumentum circa 26 gradus indicat.

ALLES OF

Pelvis cavum pelvimetro Steiniano exploratum in media apertura nullam anguftiam prodidit; in superiori vero apertura,
exploratione quatuor digitis instituta, conjugatae spatium tres pollices Lutetienses vix
transgrediens aestimatum est.

Circumferentia ventris gravidi in umbilici regione 36 et 3 pollices habuit.

errors office above resulted

Altitudo ventris ab ossium pubis crista ad scrobiculum cordis usque 18 pollicum fuit.

Supra pubis regionem tumor, ut videbatur, adipofus.

couche 70 credus complevie. In the petris

Die 10, 11 et 13 mensis Februarii gravida in balneo Xenodochii calido per dimidiam diam horam sedit, postea in lecto cum euphoria sudavit.

Die 14 Feb. ad vesperae horam sextam inter tussim subito liquor amnius e genitalibus emanare coepit, tantaque quantitate omnis desluxit, ut circa duodecim librae liquoris albidi, sero lactis similis, vasis exciperentur.

Post liquoris essuxum ambitus ventris in umbilici regione 34 pollices adhuc aequavit.

Orificium uteri externum digiti indicis apicem vix admisit; cervix angusta et orificium uteri internum, ab externo tres lineas sere remotum, ne digiti quidem apicem plane excepit.

-oH

Inferius uteri segmentum conicum extremitatis cujusdam juncturam, cubitum nem pe vel genu, continere visum est.

this is It be and we have borren friend

tiblium a reinus pennius e genitalia

Usque ad mediam noctem quieta in lecto jacuit, identidem modo a contractionibus uteri, quas ad partum dolores vocant, vellicata.

Circa horam mediae noctis primam diei 15 Febr. dolores increscentes parturientem vehementer excruciarunt.

Oriscium ated extenum digiti indicis

-mi

Orificium uteri externum internumque 2 digitos latum cubiti praesentis tactum admisit. Cervix uteri evanuit. Hora matutina tertia orificium uteri sufficienter dilatatum auxilium artificiale nume fieri posse, hujusque terminum jam jam esse admonuit.

and the long of the fire and and and and the

material . brotel extrab miletle account

Quare nunc Auditores convocati sunt, omnisque ad partum difficilem necessarius instrumentorum et medicamentorum apparatus adornatus est.

um vix immidis effet,, morconio comburcata

Situ ad versionem necessario et commodo in mensa parato, et parturiente imposita circa horae quadrantem ante quintam horam matutinam adgressus sum operationem.

Immissa manu sinistra situm infantis studiose explorans brachii dextri cubitum pedemque dextrum intra orificium uteri praesentes, et juxta illas partes suniculum umbilicalem sensi; dorsum infantis in sinistro, caput alte in dextro latere, placentam denique dextrorsum retrorsumque.

Remoto brachio supra pedem, educta manus sinistra, licet ultra internum uteri orificium vix immissa esset, moeconio conspurcata suit. Dextra manu illata pedes eduxi, dextrum primo, dein sinistrum. Corpus aeque ac caput cum labore quidem, neque vero nociva difficultate, neque aliis auxiliis, quam manibus, intra breve tempus in lucem sunt prolata.

Trus-

Foetus apparenter mortuus vitae figna statim non dedit. Perscisso et ligato umbilico in calidum balneum translatus pulsum in corde et vasis umbilicalibus arteriosis monstravit, et multo quidem labore, frictione nimirum capitis et pedum, inspiratione in os, manipulatione thoracis, spirituosis et volatilibus ad nares admissis, liquore anodyno ad oris labia adfricato, et cum aqua diluto in anum injecto tandem in vitam rediit, ita ut post horam, aqua fervida ex improviso adspersà, clara voce dolorem exprimeret.

Uterus a foetu liberatus vix sese contraxit; neque vero relaxatus, atonicus, sed du-

meture made conflict to the history chalce.

Figure salaring fore hebdelmades using

durus gemelli in illo reliqui speciem habuit.

making arrestances ements to abstitute and out

Immissa autem manu nil nisi secundinas inveni, quas levi tractione sine omni haemorrhagia extraxi. Exoneratus uterus per plures minutas, campanae ad instar spassice expansus, durus et laevis permansit et modice sanguinem sudit. Frictione tandem et injectionibus frigidis atque aluminossis ad contractionem redactus in justos rediit sines.

Puellae quatuor fere hebdomades praemature natae pondus 5 et ½ librae civiles, longitudo 17 pollices erant.

tracity negge vero relevatue; afonione, led

-116

Britisteres.

Diametrus capitis minor 3" et 1"; major 4" et 2"; humerorum latitudo 4".

Secundinarum pondus erat I libra et 18 semunciae. Placentae latitudo secundum omnes diametros 7".

Longitudo totius funiculi umbilicalis 20"; Infertio illius plane marginalis.

Infans cum puerpera pumilione bene se habet.

po utermani f. ciclarcam, vel fumbelens

Edocemur enarratà partus historià:

perfusciones minante, praemamini percus

I. Nanae partum, licet pelvis foetusque situs pessimus sit, via naturali artisiciose quidem et laboriose, neque vero periculose, finiri posse.

- 2. Exploratio pelvis tota manu vel quatuor digitis instituta de vera cavitatis amplitudine certiores nos reddit, quam omnis alia mere instrumentorum ope instituta dimensio.
- 3. In omni casu, ubi angusta pelvis tristissimas artis operationes, sectionem nempe uterinam s. caesaream, vel symphyseos pubis, vel soetus dissectionem, vel capitis persorationem minatur, praematurus partus magis optandus est, quam pertimescendus; is vero, in quo servandi soetus multa spes est, initio nempe ultimi graviditatis mense,

4. Situs foetus perversi causa hoc in casu nulla alia esse potuit, quam malus pelvis situs, liquoris amnii enormis quantitas, et hujus repentinus essuus tussi vehementi excitatus.

in strains actions

- 5. Expansio uteri spastica ab expansione atonica duritie uteri et levi haemorrhagià distinguitur. Oritur illa a repentina exoneratione post enormem expansionem per liquoris amnii abundantiam vel gemellorum nimio ambitu; et minus anceps est, quam atonica.
- 6. De restituenda soetus apparenter mortui vita nunquam desperandum est. Miraculis quidem nostro tempore mortui in vi-

tam

defesso et prudenti saepius.

vis fires, fiquerix americ energics quantities,

Levis gravidae pumilionis foetusque fitus adumbratio ad illustrandam historiam adjecta est.

t receile eceri francien ab expandious

Origin illa a regentina recinera-





